

torf in Neuruppin zu revidieren die Güte hatte, entdeckte Schiffner auf „Domses Weiche“ bei Zwickau und legte sie für die Bryoth. Boh. auf, wo sie unter Nr. 274 ausgegeben wurde. Neu für Böhmen.

Sph. recurvum (Pal.) Russ. et. Warnst. forma ad var. fallax (Klinggr.) Warnst. accedens. In den Sümpfen am Kopitzer Teiche bei Brüx von Herrn Dr. Victor Patzelt gesammelt und von Herrn Warnstorff bestimmt. (B. B. B. Nr. 276).

Verbascum corynephorum Borb. n. sp., verosimiliter hybrida.

Auctore Vincentio de Borbàs.

Radice crasso plurienni praeditum esse videtur. Caulis cylindricus, tomentosus, superne angulatus, pubescens, foliosus, sed foliis superioribus decrescentibus. Folia inferiora quasi rosaceo-approximata, minora, lanceolata, crenata, breviter acuta aut obtusiuscula, supra tenuiter puberula, immixtis etiam glandulis parvis, subtus cum petiolo circiter dimidio brevior, tomento persistenti canescentia, media breviter petiolata, superne magis angustata, dein conspicue diminuta, sessilia, basi latiore ovata.

Inflorescentia racemosa, inferne parce ramosa, floribus fasciculatis quidem laxior, at vix conspicue interrupta, fasciculis multifloris, in apice inflorescentiae paucifloris, bracteis parvis lanceolatis. Pedunculi evoluti ad 1 cm aut paulo magis elongati.

Floris siccati color nigricans, quod magnitudinem attinet, flore V. phoeniceo paulo minor. Calyx cum pedunculo et ovario juniore canescenti-tomentosus, immixtis etiam pilis glanduliferis, in flore circa 3 mm longus, dein paulo auctus, laciniis linearibus. Antherae staminum longiorum adnato-decurrentes, illae minorum reniformes, filamentis violaceo-lanatis, stigma clavato-attenuatum, inde nomen specificum.

Habitat in Macedonia ad Banjo (Banja ap. Grisebach Spic. fl. Rum. II. 42), leg. cl. qu. E. Frivaldsky.

Synon. V. triste Gris. l. c., quoad plantam Frivaldskyanam, at in descriptione „pedicellis solitariis“ dicitur, nisi examen falsum fuisset.

V. triste Sm. in Gris. l. c. a. V. phoeniceo „vix nisi corolla duplo minori ferruginea eiusque segmentis non late ovatis, sed rotundatis“ differre dicitur, quare et e statione Balcana parens V. corynephorum alter V. triste esse videtur, parens alter incertus, sed sine dubio inter species tomentosas quaerendus. Tomentum, stigma clavatum, et antheras obliquas a V. australi Schrad. habere posset, sed folia minora, ei dissimilia, haud decurrentia.

A V. rubiginoso W. et Kit. praesertim tomento, antheris duabus obliquis et stigmatibus clavato, a V. phoeniceo praeterea floribus fasciculatis differt.

V. phlomoides L. Sp. pl. 1753, p. 1197, cit. „Till. Piss. 171, folio subrotundo, caule non alato, staminibus purpureis“ probabiliter idem est ac V. rotundifolium Ten. eique praefendum. Ex his V. phlomoides L. genuinum (V. rotundifolium Ten.) nec in Hungaria, nec in Germania crescit.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Deutsche botanische Monatsschrift](#)

Jahr/Year: 1902

Band/Volume: [20](#)

Autor(en)/Author(s): Borbas [Borbás] Vincenz von

Artikel/Article: [Verbascum corynephorum Borb. n. sp., verosimiliter hybrida. 3](#)